196

# Sigism: Rex Polon: Nicolao Eppo Culmensi:

Rnde in Chro Pater! Mortuo Kampowski &c. mittimus Balinski &c. ut in Castro Nro Marienburgensi omnia conscribat, Officiales et praesertim dispensatorem constituat, qui redditus omnes Castri dirigat, ut olim Vra Ptas sub Joanne Alberto Rege Fratre Nro fecit, et mandavimus Ei ut ad hoc munus obeundum instituat Gnosum Nicolaum Spot Castellanum Gedanens, postulamus à Vra Pte: velit Eundem debite informare de omnibus illi gerendis, ad Nram et Reipublicae utilitatem huic etiam Balinskio consilium praebeat oportunum, ut utiliter Castri necessitati provideat, et quemadmodum omnia conscripturus est. Rem Nobis valde gratam faciet Vra Ptas. Quae feliciter valeat. Datum Cracoviae, 9. 7br. 1510.